48
2.

MISCELLANEÆ QVÆDAM PROPOSITIONES,

Ex omni iuris materia decerptæ:

QVAS,

Ductu auſpiciiſque diuini Numinis,

Præſide

Clariſsimo conſultiſsimóque viro

D. EVERARDO à BRONCHORST, I. V. D.

Profeſſore in illuſtri Lugdunenſi Batauorum Academia digniſsimo,

Publicè defendere conabor

GASPARVS APOLLONII *Verianus,*

XVI. Kal. Aprilis, Anno cIɔ. Iɔ. XCV.

horâ & loco ſolitis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LVGDVNI BATAVORVM,
Apud Franciſcum Raphelengium.
cIɔ. Iɔ. XCV.

67

PRVDENTIA,

Virtute & fide præſtantiſſimis

viris,

D.D. CONSVLIBVS & SENATORIBVS

VERIANIS,

HASCE

MISCELLANEAS PROPOSITIONES

Obſeruantiæ ergò dedicat conſecratque

Reſpondens

GASPARVS APOLLONII *Verianus.*

MISCELLANEÆ QVÆDAM PROPOSITIONES,

Ex omni iuris materia decerptæ.

PROPOSITIO I.

ADVLTERIO diſſoluitur matrimonium, non tantùm quoad ſeparationem thori, verùm etiam quoad vinculum matrimonij.

Matthæi cap. 5. & 19. vbi Christus ex ſola cauſa adulterij licere diuortij libellum tradere reſpondet: ergo & innocenti perſonæ nouæ nuptiæ conceduntur. neque enim diuortium verè eſt, vbi innocens perſona manet obligata. l. conſenſu, in verb. vxorémque ſtatim ducere, C. de repud. Weſemb. in para. de diuor. num. 11. Diſſ. Canones in c. 2. de coniu. lepro. c. dixit dominus 32. quæſt. 1. & alibi.

II.

Periurium iure ciuili legitima pœna vindicatur.

L. 2. §. vlt. C. de ind. vid. toll. l. ſi quis maior 41. C. de tranſact. l. vlt. ff. Stellio. l. ſi duo 13. §. vlt. ff. de iureiu. l. quoties 17. C. de dignit. lib. 12. Weſemb. in para. de iureiu. num. 13. Diſſ. Donel. tract. de iureiu. c. 9. nu. 8. pulchrè Duar. lib. 2. diſp. c. 37.

III.

Erroneum eſt, quod quidam ſentiunt, iuramentum in litem, litis æſtimationem non eſſe.

Textus expreſſus in l. 1. l. 2. l. 3. ff. de in litem iur. l. ſi cum dos 8. §. fin. ff. de actione rer. amot. l. eius rei 46. cum ſequent. ff. de rei vind. Donel. ad tit. de in litem iur. in princ.

IIII.

In omnibus bonæfid. iudiciis, in quibus de rei reſtitutione agitur, non autem traditione, vt in emptione & venditione, in litem iuratur.

Per ea quæ tradunt Duarenus ad tit. de in litem iur. num. 22. & ſequent. Donellus in l. 5. num. 4. ff. dict. tit. Borcholt cap. 4. ff. eod. & Ant. Faber lib. 6. Coniectur. cap. 17.

V.

Anceps eſt D D. digladiatio, an dominus ob non ſolutum triennio canonem, emphyteutam propria auctoritate de fundo expellere poſſit? Nos negatiuam tanquam in puncto iuris veriorem amplectimur.

Arg. l. creditores 3. C. de pigno. & l. lex vectigali ff. de pigno. vbi pronuntiatum fuit à iudice, fundum emphyteuticum ad dominum rediiſſe. Menoch. remed. 1. recu. poſſ num. 78. & 79. Diſſ. plerique D D. in l. 2. C. de iu. emph. & ibidem Coraſ.

VI.

Cùm reſtitutio in integrum beneficium ſit perſonale, ſequitur quod reſtituto minore, non idcirco & fideiuſſor eius reſtituatur.

Textus in l. in cauſæ 13. ff. de minorib. l. ſi pupillus 35. ff. de recept. arbit. Perſonalibus enim beneficiis fideiuſſores non adiuuantur; l. exceptiones 7. ff. de except. l. 2. C. de fideiuſſ. minor.

VII.

De perceptione fructuum non leuis inter Interpp.

terpp. noſtros eſt controuerſia. Nos malæfid. poſſeſſorem nullos [a], bonæfid. verò poſſeſſorem non ſolùm induſtriales, ſed etiam naturales fructus conſumptos lucrari conſtanter aſſerimus [b].

[a] L. ſi pignore 22. §. 2. de pign. act. l. fructus 33. ff. de rei vindic.
[b] L. 4. §. 2. fin. regund. §. ſi quis à non domino 36. Inſt. de rer. diuiſ. Baro in d. §. ſi quis à non. Diſſent. Cuia. in l. 40. de acquir. rer. domin. Tract. ad Afric. 7. Duar. ad Tit. de naut. fæn. in fi. Perceptos tantùm, omnes æquè acquirit: ſed domino rem vindicanti, antequam conſumantur, officio iudicis reſtituere cogitur. l. 22. C. de R. V. d. l. 4. §. 2. fin. regund. & d. §. 36. Diſſent. Donel. cap. 4. tract. de fruct. & 4. lib. comm. cap. 25.

VIII.

Condictionem furtiuam etiam contra hæredes competere in ſolidũ, extra controuerſiam ponimus.

L. in condictione 9. ff. de condict. furt. l. ſi pro fure 7. §. vlt. ff. eod. vbi Bart. & communis D D. calculus. Weſemb. in para. de condic. furt. num. 7. Diſſent. Cuia. 7. obſeru. cap. 37. Sed egregiè hunc refutat A. Faber 4. Coniect. 1.

IX.

An in emptorẽ hæreditatis tranſeat ius accreſcendi, non ita expeditũ eſt. Nos cum Cuiacio non tranſire, contra cõmunem D D. calculum, defendemus.

Cuia. lib. 12. Obſeru. cap. 15. & 3. Notat. Mercat 12. Gomez. 1. var. reſolut. 10. num. 44. Diſſent. Duar. in tract. de iure accreſcendi, cap. 6. lib. 2. Robert. lib. 3. animad. iuris cap. 12. & ibidem in Notis ad Mercat.

X.

Mulier dotis nomine nõ tantùm contra tacitam,

 ſed

ſed etiam expreſſam anteriorum creditorum hypothecam πρωτοπραξίας beneficio gaudet.

L. 29. & l. ſequent. C. de iur. dot. l. aſsiduis 12. C. qui pot. in pig. Nou. 97. cap. 3. vbi Cuia. & para. C. de priuil. dot. Minſing. ad §. fuerat 29. Inſt. de act. Ant. Guiber. cap. 7. num. 5. & ſequent. tract. de iur. dot. Vaud. 1. queſt. 21. Diſſent. Donel. ad. l. 12. num. 4. & ſeq. & tract. de pign. cap. 12. Weſemb. in para. qui potior. in pig. num. 3.

XI.

Donationem omnium bonorum præſentium, non verò futurorum, de iure ſubſiſtere volumus.

L. ſi quis argentum 35. §. ſed & ſi quis, C. de donat. l. ſi vnquam 8. C. de reuoc. donat. iuncta l. hæreditas C. de pact. conuent. l. 61. de V. O. vbi D D. Iul. Clarus quæſt. 29. Diſſent. præcipuè Coraſ. 6. Miſc. 17. & Vaud. 1. Var. Quæſt. q. 31.

XII.

Si quis liberos non habens, bona omnia, vel partem eorum, alicui donauerit, & poſteà liberos ſuſceperit, an totum id quod donatum eſt ad eum reuertetur? Ita quibuſdam placet, quod & verum.

Arg. l. ſi vnquam 8. C. de reuoc. donat. cuius legis diſpoſitio de donat. cuiuis etiam extraneo facta, comprobante hodie vſu fori, accipitur. Cuia. 20. Obſeru. cap. 5. Clar. quæſt. 22. vbi ait hanc eſſe communem. Diſſent. Accurſ. Donel. Coraſ. Hottom. & alij.

XIII.

In teſtamento tempore peſtis facto, malè D D. duos vel tres teſtes ſufficere autumant.

Cùm enim hic caſus in iure deciſus non reperiatur, ſequenda eſt diſpoſitio celeberrima l. hac conſultiſsima 21. C. de teſtam.